

~~CAX. 30. C. Cax. 6. Cor. 6~~

NOBILIS LV DOVICIA PEGVERA IVRIS CONSULTI CATHALANF

AUREA ET ELEGANS REPETITIO, IN CAP. III.
incipien. Item ne super laudemio. &c. Domini Regis Petri. iii.
in curia Ceruaria.

IN QVA multa de feudis, Laudemis, de Iure exlationis seu facticij in alienatione rerum
feudalium, & emphyteuticarum, de Gratificatione rerum feudalium, de Iure primogeni-
torae circa successionem Regalium dignitatum, de Capacibus & non capacibus
ad feuds obtinenda, de omnibus causis per quas potest procedi ad e. parant
dum feudum realiter, & alijs varijs rebus secundum tantæ legis
materiam subiectam copiosissime tractantur.

CVM summarijs & indice locupletissimo.

12
15104

num. 42. cap. 3.

num. 22.

12

15104



CVM PRIVILEGIO REGIO, UT IN SEQVENTI FOLIO.

BARUT NON AE.
Apud Petrum Malii, Anno Domini,
1572.

1572

PRIVILEGIUM REGIUM.

PHILIPPUS Dei gratia Rex Castella Aragonum. &c. Comes Barci-
nus. &c. OGVRVPTA ROD. 20134. 11

FERDINANDVS Aroleto Prior Castelle ordinis sancti Ioannis Hierosolymitanensis. S. C. & Regis Magellanus Consiliarius Logum tenens & Capitaneus generalis in Principatu Cathalonie & Comitatibus Rossiliorum & Ceritanie Pro parte nobilis ac dilecti Regis L V D O V I C I à Peguera Juris consulti Cathalani & nostræ Curie Capitanie generalis ordinarij Assessoris fuit expositum, se non sine magno labore ac vigilis compositione quendam librum intitulatum AVREA ET ELEGANS REPETITIO IN CAPIT. m. Incipit item ne super laudemio Domini Regis Petri. iij. in curia Ceruariæ, eumq; ipsum librum impressum in lucem edere velle. Et ne alij inde sum pro exemplo illum imprimant seu imprimi faciant, atq; ex aliena industria & labore sibi lucrum querant, ab eodem L V D O V I C O à Peguera nobis fuit supplicatum quatenus dignaremur interdicere, ne aquo quam, nisi ab eodem, aut ab eo po testatem habentibus in presenu Principatu Cathalonie & Comitatibus Rossiliorum & Ceritanie dictus liber per decennium imprimetur: aut impressus vendideretur. Nos autem proprium ac peculiare munus nostrum esse censentes omnibus bonarum artium professoribus suuere, & maximie ijs, qui litteris incumbunt, rei publicæq; utilitatè cōsulunt, volētesq; erga dictum nobilem L V D O V I C V M à Peguera præsum nosrum assessorum ut ipsius erga nos merita & ingenium celebre ex postulant benignè gratisq; agere, petitioni prefate ex animo doximus annuendum. Tenore igitur præsentium, sano accedente consilio, eidem L V D O V I C O à Peguera licentiam & facultatem concedimus: ut p̄memoratam repetitionem Typis mādare possit & valeat. Interdicimusq; ac prohibemus expresse, ne quis tam ex impressoribus, librorum venditoribus, librarijs, & ceteris omnibus cuiuscunq; gradus & conditionis sint in præsenti Principatu Cathalonie & Comitatibus Rossiliorum & Ceritanie per decennium imprimere, seu imprimi facere, aut impressa vendere, vel venalia habere audeat: concedentes hoc solum dicto nobili L V D O V I C O à Peguera velab eo potestatem habenti. Quod si quis contumax huic mandato nostro non paruerit sciat se incursum in pénam Ducentorū ducatorum, & in amissionem omniū librorum, & typorum: quam cum presenti omnibus cuiuscunq; gradus & conditionis sint in dictis Principatu & Comitatibus in ponimus. Volentes prædictam pénam a transgressoribus quoties contrasactum fuerit exigere: & ipsam exactam in tres partes diuidi. Quarum una accusatori, altera fisco Regio, tertia vero eidē nobili L V D O V I C O à Peguera censeatur adscripta. Mandantes propterea Nobili magnifico consiliario Dilectis & fidelibus Regijs Gerenti vices generalis gubernatoris indicto Cathalonie Principatu, & Comitatibus Rossiliorum & Ceritanie, vicarijs, bauilis, subunterij, subbaulis, ceterisq; demum universis & singulis officialibus, ad pénam florenorum Auri Aragonum mille Regijs inferendorum ararijs quatenus præsentem li-

† = centum

AVREA ET ELE-

GANS REPETITIO IN CAP.

ITEM NE SVPER LAVDEMIO DO-

MINI REGIS PETRI III. IN CV-

RIA CERVARIA.

Cap. III.

NOBILIS LVDOVICI A PEGVERA

Minorissensis.



AE C. constitutio est difficilis, & elegans, & est rectus nō minus tremēdus, quam aliis de toto nostro iure municipali. Cuius mate-

ria est nobis iuris perius, & præcipue nouis aduocatis incognita, cōtinetq; materiam subtilem & lucrosam, cum omnia capita quæ in ea tractantur ad feudum, super quo ibi præcipue disponitur referantur: eiūq; occasione ibidem omnia proposita sunt. Et licet Albericus de Rosa in repeti. sua iuris cano. in verbo feudum. in. 4. colum. quod materia feudorum subtilis est, & lucrosa maxime in partibus Pedemontanis, & Germaniæ: in quibus oriuntur arduæ questiones inter Reges, Barones, Principes, & Prælatos: cum ibi sint maxima feuda Ciuitatum, Oppidorum, ac iurisdictionum. Estq; utilissima: quam omnes scire deberent. Nam illæ causæ feudorum sunt grauis simæ, & magni ponderis, magnosq; solent præstare prouentus. ut afferit modernorum facile Princeps Iason in precepsio feudorum in principio. Et est hodie practicabilis: ex cuius scientia oriuntur numini, & trahunt in burias aduocatorum de feudis tra-

tantiū. Estq; adeò lucrosa, vt quādoq; vnuscasus si in hac materia accidat per vitā, sit sufficiens additū adum hominē: & maxime in nrā Cathalonia: in qua materię sub hac tāta cōstitutione feudali comprehensę sunt frequētissime, & in vsu quotidiano positæ. Quam ob rem duxi cā interpretandam, & commentādam. Non quod in ea amplam de feudis disputationem instituere intendam: sed quod miro ordine hactenus non aperio possim explicare, & ante oculos legentū proponere solū illa, quæ sunt cōprehensa sub hac tan ta constitutione. Quæ & si in hac nostra Cathalonia utilissima, & scitu necessaria sunt: tamen ab scribentibus difficulter, dispersè, atq; consuē tractātur. Et maxime quod non admodū copiose, à multis hactenus uno in loco tractata fuit: quāvis usus ipsius multū frequens fit, ac penè quotidianus: ob idq; plenius attungi. tractariq; debuit ex lenitētia Pauli jurisconsul. in. l. lega ui. ff. de libera. lega. quā app. Bart. in. l. post contractum. col. i. ff. de donatio. Curabo igitur diligentī studio, ut plebi ius igranterit, sem prædictā tractare: difficultimaq; & obscura nostræ cōstitutionis per ordinem clara & faciliter reddere. Verum tamen est, quod multum temporis distuli, pelagus hoc magnum cum parua nauicula ingredi,

A nam

Repe. capi. Item ne super laudemio, Ludouici à Peguera

tes fuerit conuentum. Quam quidem limitationem expresse ponit hic nos ter versiculus ibi in verbis. *Sed omnis alia cosa esse illa expressum: non sira feta.* Et ratio est, quia si aliter inter partes conuentu est, illa conuentio est seruanda, & maxime in feudis: in quibus primo pacta seruit. secundū Hostien. in summa. t.i. de feu. §. quid sit. Pro quo facit, quia contractus ex conuentione legē accipiunt. l.i. §. si conueniat. ll. de poli. Plus enim operatur pactum quam lex. secundum Bal. de feu. march. §. duo. Et per pactum à natura feudi recedi potest. secundum eundem Bal. de feu. nō habent propri. natur.

- 3 Limi. z. nisi consuetudo Ciuitatis vel loci inducat contrarium: quia in causis feudalibus multū consuetudo antedit. secundū Jacob. Cal. i. vñati. magnates. & vide tex. in cap. i. & ibi Bal. de feu. cognitio. vbi cause scandales con-

suetudine deciduntur. & per Bal. in præludijs feudorum. §. quarta. & in. §. preterea, quid sit inuenit. Videtur enim feudū esse concessum iuxta consuetudinem loci. Bal. de pace constan-

- 4 in verbo si qua controvērsia. Quare vi finem huic negotio imponamus dicere, quod si est quēstio quis debet soluere laudemio, primo vidēdum est quid sit astum; & si nihil super eo conuentum est, recurramus ad consuetudinem: & si nulla est consuetudo, secundū dum ius commune iudicari oportet. Nam in feudis primo iudicandum est secundum pacta. Secundo secundum consuetudinem regionis. Tertio secundū dum ius scriptum. iuxta Hostien. in Summa titu. de feu. §. quid sit. & adde Bal. in præludijs feudorum. in. §. quarta. vbi dicit, quod casus a consuetudine non determinatus relinquitur dispositioni juris communis.

F I N I S.

AD LAVDEM ET GLORIAM OMNIPOTENTIS

Dei, eiusq. matris virginis Maria in virtutem ac gratiam studiosorum sorti-

tur fint m Repetitio cap. Item ne super laudemio. domini Regis quarto. cap.

Petri. III. in curia Ceruaria cap. III. nobilis Ludouici à

Peguera Doctoris. Impressa Barcinone, in edibus

Petri Maii. Anno Christi Millefimo.

Quingentesimo Septuagesimo-

fimo Septimo.

VERGATA

DECIMAS.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. T.